





Band II



L II 459.3

Archiv 104

No 545-704.



VIRO  
 PER-ILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO DOMINO,  
 D O M I N O  
**GEORGIO ERNESTO**  
 de **GERSSDORFF,**

DOMINO TERRARVM REICHENBACENSIVM, VTI & HÆ-  
 REDITARIO in *Nieder-Reichenbach & Großtrausche/*  
 POTENTISSIMI REGIS POLONIARVM, & ELECTORIS SA-  
 XONÆ, CVBICVLARIO CLAVIGERO GRAVISSIMO,  
 VTI & CONSILIARIO AC PER PRINCIPATVM  
 GORLICENSEM PRÆSIDI DIGNISSIMO

DE  
**FILIO HÆREDE DILECTISSIMO,**  
 ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO,

D O M I N O  
**GEORGIO ERNESTO**  
 de **GERSSDORFF,**

EQVITE ORDINIS WVRTEBERGICI FIDELITATIS,  
 CVM

*MVNIA CVBICVLARII NOVITER ACQVISITA IN AVLA SERENIS-  
 SIMA MARCHIONVM BADO-DYRLACENSIVM*

OBIRET, GEMINATIS  
 PLAVSIBVS GRATVLATVRVS, SIMVLQVE OCCASIONE  
 FESTI S. GEORGII, DVPLICEM  
**SOLEMNITATIS ONOMASTICÆ MEMORIAM**  
 RENOVATVRVS

SCHEDVLAM HANCCE EXILEM SACRAM ESSE VOLVIT

*I. A. S. orweyde, Rect. Reichenbach.*

GorlicI, ex Officina Richteriana,





onum quoddam chartaceum 1) et munus aliquale onomasticum, quod de hodierna Nominis TVI gravissimi memoria exoptatissima, TIBI, VIR PER-ILLVSTRIS ac GÉNEROSISSIME, quam humillime consecrare possem, meditabundo mihi, ad manus aderat Versio illa Novi Testamenti vernacula, quæ proximo abhinc anno studio atque opera sociorum quorundam ad normam atque vitæ rationem Herrenhuthensium iuvicem conjunctorum tentaminis alicujus causa elaborata, 2) dupli-

1) Memoratu sane dignum est, veteres, jamjam antiquissimis temporibus, non solum diebus festis & religiosis, Patronis & Amicis, imo & Diis & Principibus, munera feriatica, Eulogias, & dona pretiosa, sed etiam epistolas ac literas festivas, frequenter transmississe, cujus antiquæ consuetudinis hodiernas reliquias in carminibus nostris ac scriptis natalitiis, & gratulatoriis invenit *Matthæus Larroquamus*, in *adversar. sacr.* passim, præcipue autem Lib. II. Cap. IV.

2) Testatur hoc idem partim Locus Præfationis prioris, ubi dicitur: Hier ist ein Versuch zu einer abermahligen Übersetzung des Neuen Testaments aus dem Griechischen. Et paullo post: Wir haben nichts davon zu sagen, denn es ist ein Versuch, und es wird sich alsdenn weisen, ob wir etwas zu sagen haben, wenn diejenigen, denen es weder an Sinn noch Geschicke fehlet, diese heilige Sache zu tractiren, uns werden haben wissen lassen, was sie dabey zu erinnern gefunden. Partim vero præfatio posterior, verbis. Der andere Theil des Versuchs stellet sich eher ein, als man gedacht hat. Et pauculis interpositis: Und weil an dem ersten Theile ihrer etliche, an dem zweyten aber nur einer unter uns gearbeitet, so ist auch vermuthlich der Stilus egaler.



duplici Partu prognata 3) ac Budingæ, literis et expensis **Jo-**  
**hann Christoph Stöhr** impressa atque divulgata est. Varia  
 mihi, cum plagulas hujus Libelli nonnullas brevibus evolve-  
 rem, occurrebant, quæ, quia ad altiore[m] rerum indaginem  
 ansam præbere potuissent, haud temnenda esse rebar, varia  
 videbantur, quamvis Locutionum ad genium seculi accom-  
 modatarum involucris ornata veluti incederent, nihilo tamen  
 fecius Versioni Lutheri, si de gravitate atque præ-excellentia  
 sermonem ordiamur, non exiguas ob rationes longe postpo-  
 nenda esse, haud pauca forsitan Lectorem quemlibet, ab omni  
 partium studio alienum, placide commovebunt, ut cum  
**Gustavo Georgio Zeltnero**, 4) novas Bibliorum  
 Versiones non adeo temere vulgandas esse lubenti animo me-  
 cum affirmaverit. Inter alia lineola quædam critica historiam  
 illam de Eunucho Æthiopico, von dem Cämmerer der Königin  
 Candaces aus Mohrenland, signabam, quæ in Actis A-  
 postolorum, eorundemque capite VIII. circa finem legitur.  
 Verba Textus græci authentica autem autem ita se habent.

Comm. 27. Καὶ ἰδὲ, ἀνὴρ Αἰθίοψ εὐνεχῶ, Δυνάστης  
 Κανδάκης, τῆς Βασιλίσσης Αἰθιοπῶν, ὃς ἦν ἐπὶ  
 πάση τῆσ γάζης αὐτῆς, ὃ ἐληλύθει προσκυνήσων  
 εἰς Ἱερουσαλήμ.

Comm. 28. Ἦν τε ὑποσρέφων, καὶ καθήμενῶ ἐπὶ τῷ  
 ἄρματῶ αὐτῷ.

quæ in versione nostra per Lutherum compilata sequenti mo-  
 do translata sunt:

ψ. 27.

3) Prior nimirum Præfatio scripta fuit: Auf der Reise nach St. Thomas  
 am Bord des Schiffes St. Martin. Am sechzehenden Dec. 1738. Et  
 præfatio posterior concluditur verbis: Bey der Rück-Reise von St.  
 Thomas, am Bord des Schiffes Aletta, auf der Höhe von Lizard, zu  
 Anfang des Aprils, 1739. Interea rubrum partis prioris sequenti mo-  
 do conscriptum est: Eines abermahligen Versuchs zur Übersetzung der  
 Historischen Bücher Neuen Testaments unsers Herrn Jesu Christi,  
 aus dem Original, Erste Probe, Bidingen, gedruckt und verlegt von  
 Joh. Christoph Stöhr, 1739. Et titulus partis posterioris, exigua va-  
 riatione excepta, unus fere idemque est: Eines abermahligen Ver-  
 suchs zur Übersetzung der Lehr- und Prophetischen Bücher Neuen Testa-  
 ments unsers ic. ac ab Epistola S. Pauli ad Romanos, usque ad finem  
 Novi Testamenti progreditur.

4) In dissertat: *de novis Bibliorum versionibus germanicis non temere  
 vulgandis*, occasione novarum versionum Novi Testamenti per Casp.  
 Ern. Trillerum, & Ioh. Henric. Reizium, conscripta, atque Altdorf-  
 fii, 1707. edita.

144



27. Und siehe, ein Mann aus Mohrenland, ein Kammerer und Gewaltiger der Königin Candaces in Mohrenland, welcher war über alle ihre Schatz-Kammern, der war kommen gen Jerusalem, anzubethen.

28. Und zog wieder heim, und saß auf seinen Wagen. Versio Budingensis novissima vero, (parum abest, quin crediderim, ob studium novitatis,) noviter sequentem proponit dicti allegati translationem:

27. Und da kam ein Aethiopier, ein Cammer-Mohr der Aethiopischen Königin Candace, der bey ihr viel galt, und ihren Schatz in Verwahrung hatte, der war auf die Feiertage nach Jerusalem gekommen,

28. Und nun auf dem Rückwege saß auf seinem Wagen. et in fine paginae ad meliorem termini: Cammer-Mohr, explicationem additam profert notulam:

Cammer-Mohr, ein Eunuch, eine Art von Slaven/ die zu wichtigen Bedienungen bey Hofe gebraucht wurden.

Consideremus itaque paullo curatius significatum vocabuli: *Εὐναχ*, proprium, et sensum usualem expressionis germanicae: Cammer-Mohr. Longe inferiorem et indigniorem esse, quam graeci sermonis connexio indicat atque permittit. Lipsi enim ac tonsoribus jamdudum innotuit, quod germanica illa perfixio, quae Officiis aliquot aulicis interdum praepositur: Cammer, duplicem gignat ideam, duplicemque notionem involvat. Denotat scilicet partim munera Camerae, rerum oeconomicarum, aliarumque ad reditus summi principis spectantium, ex quo Tituli exorti fuere consueti: Cammer-Präsident, Cammer-Rath, Cammer-Commissarius, Cammer-Secretarius, & hujus generis alia; Partim subintelligitur ejusmodi officium, quod circa Cubile Principis praecipue versatur, ex quo emanarunt denominationes: Cammer-Herr, Cammer-Junker &c. &c. ita tamen, ut saepius quoque hominibus seqvioris sortis idem additamentum a Cubili Principis desumptum, pluris honoris atque facilius aditus gratia concedatur, qualia sunt: Cammer-Musicus, Cammer-Jäger, Cammer-Laquais, Cammer-Zwerg, et etiam Cammer-Mohr. Quod autem Eunuchus iste Aethiopicus per Philippum ex instinctu spiritus sancti baptizatus, multo-eminentiore officio praeditus fuerit, quam notio illa vilior, Cammer-Mohr, complectitur, brevibus demonstratum ibimus: Textus certe facer nos certiores reddit, eum fuisse *Εὐναχον, Δουδάνην*, & reginae Aethiopiae Thesaurarium. Liquet nimirum e monumentis Veterum fide dignis, 5) uti et e diversis Bibliorum locis, 6) titulum Eunuchi non semper servum

invenimus, vocabulum  
Cammer-Mohr



vum captivum significare, qui per manum sæviorem vires corporis viriles amisit, quo procul dubio notula Versionis Budingensis:

Ein Eunuch, eine Art von Slaven ꝛ.

respicere videtur, sed hominem plerumque ministrissimum & Principi proximum, qui ex more Orientalium vel regiminis curam humeris impositam habet, vel nobiliorem aliam & intimiorem spartam, circa custodiendum gynæceum, thesaurum regium, & forte plura alia, suscipere debuit. Hunc nostrum Eunuchum igitur ad hujuscemodi Regni Candacæi, 7) magnates referendum esse monstrant non solum verba biblica evidentissima:

Δυνάστης Κανδάκης τῆς Βασιλίσσης Ἀιθίοπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς,

sed etiam circumstantiæ subsequentes historica, ibidem obvia. Quis enim, nisi Vir ditissimus, opulentissimus, & honoribus ingentibus cumulatus, Hierosolymam proficisci & sumtus itineris longissimi perferre potuisset, & quidem nullam aliam ob causam, quam ut profelytorum more exoticum Judæorum Deum in templo hierosolymitano adoraret? Insidebat Currui, id quod pro consuetudine gentium orientalium, quippe quæ peregrinationem aliquam adeundo, lubentius equis vel Camelis viam ingrediuntur, rarius vehiculis utuntur, & istis, & nostris adhuc temporibus singularem pompæ exterioris speciem præsefert, & versionis Budingensis præsuppositum: Als ob derjenige, der sich in der Reise-Equippage als ein vornehmer Herr gehalten, und so eine considerable Tour mit nicht geringen Kosten zu unternehmen vermocht, weiter nichts, als nur ein blosser Cammer-Mohr gewesen, plane destruit. Quid: Quid? Interpretes nostri Budingenses ipsissimi fatentur tandem in notula subjecta:

Die zu wichtigen Bedienungen bey Hofe gebraucht wurden.

& hoc modo gravitatem dictionis sacrae per irreptam voculam

) (

infe-

5) Sic Theoretus ad Genes. Cap. 37. dicit: Eunuchi nominantur, non soli scæti, sed etiam, qui inter famulos sunt, benevoli possessoribus. Idem confirmat, Eucherius in II. Reg. Cap. XVIII. Fuit consuetudo apud antiquos, Eunuchos vocare cubicularios & custodes Palatii, qui uxores habebant, & abscissi corpore non fuerunt. Conferantur pluribus Dietericus in Antiquitat. Bibl. ad loc. Ester. II. 21. pag. 391. 392. Pfeifferus in Dub. Vex. ad Loc. Genes. XXXVII. pag. 173. Martinus in Lex. Philol. voce Eunuchus, &c.

6) V. gr. Genes. XXXVII, 36. I. Sam. VIII, 15. I. Reg. XXII, 9. II. Reg. VIII, 6. & Cap. XVIII, 17. Ierem. XXXIV, 19. Esther. II, 21. &c.

7) De hac Regina Candace regnoque Candacæo, vel in Æthiopia, vel in insula Meroë fusius egit Job. Ludolfus, Hist. Æthiop. Lib. II. Cap. IV. n. 7. seqq. & Lib. III. Cap. II. ab initio. Videatur etiam Basnagius in Exercitat. Historico-Crit. ad Ann. LXXXV, n. 29.



inferioris significatus: Cammer-Mohr, non parum diminutam aliquantisper restituere volunt.

**VIR PER-ILLVSTRIS ac GENEROSISSIME!**

Hæc dum animo voverem & revolverem, atque versionem Lutheri, quæ nobis Eynuchum Æthiopicum, neutiquam als einen Cammer-Mohr, sondern als einen Cämmerer und Gewalttigen der Königin Candaces in Mohrenland, welcher über alle ihre Schatz-Cammern war, sistit, multo exactiorem magisque sacro idiomati adæquatam reperirem, de munere illo spectabili, quod Generosissimus FILIVS HÆRES uti & paternarum virtutum TVARVM, ita & communis omnium applausus, in aula celsissimi Principis hæredis Marchionatus Bado-Durlacensis felici fidere nuperrime aggressus est, & quod itidem a cubiculo principis serenissimi dignitatem suam characteristicam accipit, cogitare, simulque de considerabili hoc nominis ac famæ augmento vota devotissima pangere mearum omnino duxi partium. Initium hujusmodi ascensus erit, (cœlestis etenim benedictio, parentis prudentissimi cura atque consilia, matris devotissimæ suspiria ardentissima, nostræque pro salute hæredis preces indefessæ nihil aliud ominantur,) & prodromus, longe majorum adhuc & plurium subsequentium honorum, & cum numinis divini auspicio FILIVS hicce dignissimus, exercitu angelorum commeatorum stipatus, suo tandem tempore nostras iterum perveniet ad oras, tunc demum DEO sospitatori optimo maximo superabundantibus lætitiæ lacrymis sacrificium cordis dedicaturi sumus gratum atque sanctum. Conservet interea divina providentia has TVAS absentes delicias incolumes semper ac sospites, augeat optimi FILII, qui unicum proficiæ illustrissimæ fulcrum, unicum MATRIS Felicissimæ Gaudium, unicum spei nostræ fundamentum est, splendorem, TIBI-que, PARENS EX OMNI PARTE BEATE, tot Bonorum ingentium Largitione profusa ad gratias persolvendas sempiternas causam concedat continuam. TEmet ipsum vero, TE, inquam, VIR PER-ILLVSTRIS ac GENEROSISSIME, præsentem, demissa mentis devotissimæ deveneratione exosculor, seriem annorum numerosorum prolixam ex intimo cordis affectu apprecor, plurimos adhuc aureos ac festivos dies onomasticos TIBI TVISQUE animitus exopto, CON-IVGI LECTISSIMÆ fausta quævis & prospera coelitus exopto, meque tenuesque meos conatus Gratia ac Protectioni TVÆ amplissimæ humillime & perquam submisse commendo. Scriptum Die S. Georgii,

A. O. R. M. DCC. XL.

✂ ) o ( ✂







Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1066905 1